



**Claudii Fleury, Presbyteri, Prioris Argenteliae Et Reg.  
Christianiss. A Confessionibus Institutiones Juris  
Ecclesiastici**

**Fleury, Claude**

**Moguntiae, 1760**

IV. De pœnitentia, extrema unctione, ordine.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67899](#)

mum viaticum, competit hoc munus parocho,  
aut presbytero ab eo delegato<sup>2</sup>. Publicis pec-  
catoribus & personis infamibus denegatur Eu-  
charistia. *Venerabile* autem non nisi justam ob-  
caussam & Episcopo permittente exponi de-  
bet<sup>3</sup>.

1) c. 93. D. 2. concil. Trid. sess. 13. c. 6.

2) Ibid. c. 29. C. 10. X. de celebr. miss.

3) Ib. c. 95. ex Cyprian. decr. congr. concil. 164.



#### C A P . I V .

#### DE POENITENTIA, EXTREMA UNCTIONE, ORDINE.

##### I.

**P**OENITENTIA fidelibus omnibus, qui peccata mortalia commiserunt, saltem semel quotannis est subeunda, cui rei appri- me convenit tempus quadragesimale<sup>1</sup>. Con-  
fitenda sunt peccata parocho, seu ejus delega-  
to, aut pœnitentiaro aut Episcopi delegato presbytero<sup>2</sup>. Quamvis omnes presbyteri ordinati accipiant potestatem *absolvendi*, non possunt tamen eam exercere iussu Episcopi, qui vel beneficium cum cura animarum con-  
junctum, vel sine beneficio post prævium examen, consensum concedit<sup>3</sup>. Hæ permis-  
siones ad certas personas, ad certa loca & ad certos casus restringi possunt. Ut plurimum enim eximuntur absolutiones monacharum, quibus exquisito confessore opus, & nonnulli casus atroces, quos sibi reservat Episcopus<sup>4</sup>. Etiam *Regulares*, & in his ipsi mendicantes,

Absolu-  
tio im-  
pertitur a  
presbyte-  
ris.

tot privilegiis ornati, his regulis circumscripti  
buntur<sup>5</sup>. Sunt casus veteri observantia, con-  
sentiente Ecclesia, pontifici reservati: quo-  
rum caussa absolutionis ergo Romam olim  
eundum fuit. Hodie indulgentia papæ Epi-  
scopis & nonnullis presbyteris de iis mandata  
dare solet.

- 1) *C. omn. urriusq. X. de pœnit. & remiss.*
- 2) *Concil. Trid. sess. 14. c. 5. f.*
- 3) *Sess. 23. c. 15.* 4) *Sess. 14. c. 7. sess. 23. c. 15.*
- 5) *Arres. d'Agen. 4. Mars 1669. Mem. du Clergé*  
*part. I. tit. 2. c. 8.*

*Casus pa-  
pæ reser-  
vati.*

II. CASUS papæ reservati, indice  
*Rituali Parisiensi*, sunt: 1. Incendium Eccle-  
siarum & locorum non sacrorum, si incen-  
diarius publice denunciatus est. 2. Simonia  
ordinum & beneficiorum publica & realis.  
3. Occisio seu mutilatio hominis in sacris.  
4. Verbera episcopo vel alii prælato inficta.  
5. Arma infidelibus suppeditata. 6. Adultera-  
tio bullarum & brevium pontificis. 7. Inva-  
sio & deprædatio terrarum Ecclesiæ Romanæ.  
8. Violatio interdicti a sede apostolica profecti.  
*Casus episcopo reservati* sunt: 1. Verbera atro-  
cia homini religioso aut clero, qui in sacris  
est, illata. 2. Incendium voluntarium.  
3. Furtum in loco sacro cum effractione com-  
missum. 4. Homicidium voluntarium. 5.  
Duellum. 6. Insidia vitæ conjugis structæ. 7.  
Abactio partus. 8. Verbera patri vel matri in-  
ficta. 9. Sortilegium & veneficum seu divi-  
natio. 10. Profanatio Eucharistiæ & sancti  
olei. 11. Violenta sanguinis in templo effu-  
sio. 12. Fornicatio in Ecclesia. 13. Stuprum

*Episcopo  
reservati.*

religiosæ illatum. 14. Stuprum a confessore confessionariæ illatum. 15. Raptus. 16. Incestus in secundo gradu. 17. Sodomia, aliaque similia peccata. 18. Latrocinium sacrilegum. 19. Crimen falsi, falsi testimonii, falsæ monetæ, adulteratio epistolarum Ecclesiasticarum. 20. Simonia personata & occulta. 21. Assumptio falsi tituli & nominis in examine, recipiendorum ordinum cauſa.

III. PRO diversis diversarum dicēce-  
ſum mōribus retervations sunt diversæ, qua-  
rum manifesta utilitas in eo posita, ut homi-  
nes, perpensa absolutionis difficultate, ab his  
criminibus abhorreant. Pœnitentiarius po-  
tissimum ad id datus est, ut de his cognoscat  
absolvatque. In articulo mortis nec casus re-  
servati, nec confessores attenduntur, sed qui-  
libet presbyter absolvere potest quemlibet ago-  
nizantem, quædam pœnitentiæ signa edentem.  
Sed ne fraudi locus sit, ægroti ante omnia ad  
hoc sacramentum confugere, nec prius me-  
dici opem implorare possunt, quam hoc fa-  
ctum sit: quod concilii Lateranensis decre-  
tum<sup>1</sup> per Italiam & alibi observatum, in Fran-  
cia negligitur. De cetero hoc sacramentum  
nemini mortalium, ac ne iis quidem, qui-  
bus capitale supplicium subeundum, dene-  
gatur<sup>2</sup>.

1) c. 13. X. *de pœnit.* 2) *Cl. de pœnit. c. I.*

IV. QUUM autem pœnitentiæ h. e. confessio  
opera satisfactoria sint peccatis metienda; peccato-  
rum e-  
opus est, ut distincta fiat singulorum pecca- denda.

M 4

torum confessio, cuius secretum tam inviolabile, ut presbyter, qui id infausto omine revelat, e gradu suo dejiciendus sit & perpetuo carceri mandandus<sup>1</sup>. Sane quingentis abhinc annis pœnitentiæ canonicae, singulis peccatis præstitutæ, in desuetudinem abierunt; quas tamen utile est nosse, ut satisfactiones peccatis adæquatæ injungi & vetus disciplina resuscitari possit. Sunt etiam casus, in quibus etiamnum pœnitentia publica injungi potest, si episcopo id utile videatur ad reparandum scandalum crimine publice commisso datum<sup>2</sup>. Huic rei dies *cinerum*, quemadmodum publicæ absolutioni dies *viridium*, convenientissimus judicatur *in pontif. Rom.*

1) *C. omn. utriusque §. caveat. X. de pœnit.*

2) *Conc. Trid. sess. 14. c. 8.* 3) *Ib. sess. 24. c. 8.*

*usus in-  
dulgen-  
tiarum.*

V. INDULGENTIAS vel partim, vel plene remittuntur pœnitentiæ, prout illæ vel *particulares* sunt vel *plenariae*; quarum tamen effectus pendet ab effectu pœnitentium. Concedendæ autem sunt *gratis*, & ab episcopo curandum, ut supersticio aliquie abusus, quibus hoc institutum expositum, procul sint<sup>1</sup>. Cave tamen pœnitentias confundas cum pœnis canonicis. Nam pœnitentiæ injunguntur *volentibus* resipiscere & mutare animum. Pœnæ infliguntur *invitis* ut vel emolliti redeant ad frugem, vel indurati ejificantur ex Ecclesia. Quod quum in foro externo fiat, *part. III. c. 18.* explicabitur.

1) *Concil. Trid. sess. 24. c. 8.*

VI. EXTREMA unctio ex diserto extrema  
scripturæ præcepto <sup>1</sup> a solis presbyteris, & <sup>unctio</sup>  
ex traditione Ecclesiæ, a parocho, vel ejus  
delegato administrari debet <sup>2</sup>. Sanctum  
oleum ad hoc sacramentum & ad baptismum  
necessarium in synodo, vel alio tempore præ-  
stituto, quotannis ab episcopo die *viridium*  
consecratum, vasis puris argenteis, vel stan-  
neis, bene munitis, ne sacrilegio violari pos-  
sit, asservandum <sup>3</sup>.

1) *Jae. V. 14.*

2) *Conc. Trid. sess. 14. c. 3. Catech. Rom. p. 2. c. 6. n. 13.*

3) *c. 8. D. 95. INNOC. I. ep. ad decenn. Ritual. Rom.*

VII. POSTEA, quæ *Part. I.* diximus, <sup>ordinatio</sup>  
de sacramento *ordinis* pauca dicenda restant, <sup>tio.</sup>  
videlicet, hoc sacramentum, æque ac bapti-  
smum, imprimere characterem. Unde itera-  
ri nequit <sup>1</sup>. Si tamen dubium, num valida  
sit prior ordinatio, repeti potest, sed *sub con-  
ditione*, si prior sit invalida <sup>2</sup>. Unde porro  
sequitur, presbyterum non posse fieri laicum,  
& ob crimina e gradu dejectum valide admi-  
nistrare sacramenta, licet ipse peccet, & epi-  
scopi, qui in hæresin prolapsus, destitutus &  
excommunicatus est, ordinationes, quamvis  
illicitas, validas tamen esse, quia non *poteſta-  
tem*, sed *poteſtatis exercitium* amisit <sup>3</sup>.

1) *Concil. Trid. sess. 23. c. 4. Dist. 68. c. 4. I. 2.*

2) *c. 107. D. 4. de conf.*

3) *S. THOM. supplem. q. 38. art. 2.*

